Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



qui uiuit & credit in me ñ morietur in eternum. Credis hoc?
Ait illi. Utq; dñe. Ego credidi. quia tuus xpⁿs filius dei qui
in hunc mundum uenisti. Secũm Johanneo.
In illo t. dixit ihs. ds. Amen amen dico uob. quia uenit hora. &
nunc est. quando mortui audient uocem filii di. & qui audi
erint uiuent. Sicut enim pater uitam hat in semetipso. sic de
dit & filio. uitam habere in semetipso. Et potestatem dedit
ei iudicium facere. quia filius hominis est. Nolite mirari hoc.
quia uenit hora. in qua omnes qui in monumentis sunt. audient
uocem eius. et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uite.
ut mala egerunt in resurrectionem iudicii. Secũm Johanneo
In illo t. Dixit ihs iudeis iudeis. Sicut enim pater suscitat mor
tuos & uiuificat. sic & filius quos uult uiuificat. Neq; enim
pater iudicat quemq;. sed iudicium omne dedit filio. ut omnes ho
norificent filium. sicut honorificant patrem. Qui non honorificat
filium. non honorificat patrem. qui misit illum. Amen amen dico
uob. quia qui uerbum meum audit. et credit ei. qui misit me.
habet uitam eternam. Et in iudicium non uenit. sed transit a morte in
uitam. — In conuersione Pauli t. actuum apl
In diebus illis. Saulus adhuc spirans minarum & cedis in discipulos
domini. accessit ad principem sacerdotum & petiit ab eo epistolas in
damascum ad synagogas. ut si quos inuenisset huius uie uiros. ac
mulieres. uinctos perducere in hierusalem. Et cum iter faceret. contigit
ut appropinquaret damasco. Et subito circumfulsit eum lux
de celo. & cadens in terram audiuit uocem dicentem sibi. Saule. Sau
le. quid me persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare.
Et tremens ac stupens dixit. Dñe. quid me uis facere. Et
dñs ad eum. Surge & ingrede ciuitatem. & dicetur tibi quid te opor